19. 7. (ott) 1562 Articuli de Sacramento Ordinis per Theologos examinandi an hæretici sint, uel erronei, uel Schismatici, uel scandalosi, et a s. Synodo damnandi 44

(8)

Ar. 1. Ordinem non esse Sacramentū, sed ritū quendam eligendi, et constituendi ministros uerbi, et Sacramentorum

2 Ordinem non esse Sacramentū, sed potius figmentū humanum excogitatum a uiris rerum Ecclesiasticarum imperitis

3 Ordinem non esse unum Sacramentū: nec infimos, et medios ordines uelut gradus quosdam tendere in Sacerdotij ordinem

4 Nullam esse Ecclesiasticam Hyerarchiam, sed omnes Christianos ex æquo esse sacerdotes: et ad usum, seu executionem opus esse uocatione Magistratus, et consensu populi Et qui sacerdos semel fit, eum laicum rursus posse fieri

5 Non esse in nouo Testamento sacerdotiū uisibile, et externū neq; potestatem aliquam spūalem, siue ad consecrandū Corpus et sanguinem Dñi, siue ad offerendū, siue ad absoluendum coram Deo a peccatis. sed officium tantum, et ministerium prædicandi Euangelium; et eos qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes

6 Unctionem non solum non requiri in ordinū traditione sed esse perniciosam, et contemnendam. Similiter et omnes alias Cæremonias: et per Ordinationem non conferri spiritum-sanctum; proinde impertinenter, cum ordinant dicere ACCIPITE SPIRITUM-SANCTUM

7 Episcopos non esse Presbyteris superiores, neq; habere ius ordinandi. aut si habeant, id illis esse cōmune cum presbyteris. Ordinationesq; ab ipsis factas sine plebis consensu, irritas esse

UGR Biblioteca Universitaria

Ar.li isti septem de ordine fuerūt diuisi in tres classes. P.a cla
ssis cōplectebat.r tres primos Articulos. 2.a duos sequētes. 3.a
vero duos vltimos, et in vnaquaq3 classe dixerūt .15. Theologi
quas sentias iuxta ordinē quē alibi habes, Et idem ordo
seruatus est in ar.lis de matrimo.o in his tn̄ alij Theologi dixerūt
oēs aūt qui suas sentias protulerūt fuerūt numero .90. quor
nōia et ordinē quo dixerūt hēs alibi. Ego dixi octauus
in 3.a classe de sacram.to ordinis super duos vltimos ar.los
et qr̄ nobis fuit a R.mis legatis max.e cōmēdata breuitas
et q̄uietas, item ēt ne dicta semel ab alijs referemus, ego de 6
Ar.lo nihil dixi, qr̄ multa erāt iam dicta qn̄ ego sentiā
meam ptuli – et circa 7.m ar.lum solum tractaui p.a
illius parē, et hanc fusius q̄ cogitaā a principio, quia
audiui aliqua ab alijs q ante me dixerūt q̄bus opportuit
et respōdere et obuiam ire ne veritas sepulta maneret,
ut clarius poterit cognosci ex lectiōe mea q̄ sequit.r in
hunc modum.

UGR Biblioteca Universitaria